

Jacob Friedrich Roennberg

**De Felici Combinatione Magnanimitatis Et Fortitvdinis Cvm Benevolentia
Programmate Gloriosae Iesv Christi Resvrrectioni Sacro Disserit**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1774?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87770547X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1774. Ostern.

~~M-1256. 414.~~

0411774

DE
FELICI COMBINATIONE MAGNANIMITATIS
ET FORTITVDINIS CVM BENEVOLENTIA

PROGRAMMATE

GLORIOSAE IESV CHRISTI
RESVRRECTIONI

SACRO DISSERIT

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS RECTOR,


IACOBVS FRIDERICVS ROENNBURG,

IVRIVM DOCTOR ET PROFESSOR MORALIVM PVBLICVS ORDINARIVS,

NEC NON SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM ET ARTIVM

QVAE FRANCOVRTI AD VIADRV M FLORET

ADSESSOR.



ROSTOCHII
LITTERIS ADLERIANIS.

1256 419

DE
PHICI COMBINATIONE MAGNANIMITATIS
ET FORTITUDINIS CVM BENEVOLENTIA
PROGRAMMATE

GLORIOSAE IESV CHRISTI
RESURRECTIONI

SACRO DISSERTIT

ACADEMIAE ROSTOCKIENSIS RECTOR

JACOBVS FRIDERICVS KOENIGBERG



PHILOSOPHIAE DOCTOR ET PROFESSOR MORALIUM RITMO ORDINARIVS
HIC NON SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM ET ARTIVM
QVAE FRANCOVRETI AD VIANDVM FITTET
ADDESSOR.



ROSTOCKI

LITTERIS ACADEMICIS

1774



os ego, *Optimi Cives*, dum, Viro summe
reuerendo Domino IOANNE HENRICO
BECKER, I.) academiae nostrae ma-
gnifico Rectore mortuo, mihi, qua Ex-
Rectori, fasces academiae a *Reuerendo*
Concilio tradita sunt, ad pie menteque deuota celebrandum
Festum IESV CHRISTO consecratum admoneo, oro, et
obsecro.

Quis

Programma huic optimo viro mini secundo dicatum, prelo his sum-
et in Theologia et in Philosophia ne- diebus subiecturus.

A 2



Quis enim est Ille, qui venit ab Idumaea, rubicundis vestimentis a Bosra? Qui regio vestitu et summa vi incedit? Nonne est is, qui iusta docet, atque omnium rerum gubernator? At cur sua rubet vestis, et cur sua indumenta similia sunt eius, qui torcular calcavit? 2.) Est ita, Ciues, Ille, cui peccata propria omnino erant ignota, prelum calcavit solus, neque ei, quisquam ex populis adsuit. 3.) Populos Deus omnipotens, iuste iratus, contudit; et bile sua inebriauit, deiecta ad terram eorum potentia. 4.)

Angustia hac laborantes nullum adiutorem nullumque adminiculatorem animaduertimus. Suorum autem redimentorum venit annus 5.) et *IESVS* qui est *CHRISTVS* totius orbis Saluator morbos nostros ac dolores tulit ipse, atque tolerauit; ob peccata, vitiaque nostra vulneratus atque contusus, poena contumeliaque nostrum caussa adflictus, vt pax sit nobis; et sic vulneribus suis simus sanati. 6.)

Haec magnanimitatis, fortitudinis atque beneuolentiae diuinae gesta contemplatus, quantum in his pagellis fieri potest, Vobiscum, *Optimi Ciues*, aliquid de *Magnanimitate*, de *Fortitudine*, de *Beneuolentia*, earumque felici vinculo communicare liceat. 7.)

Prom.

2) Esaiæ Cap. 63. v. 1. 2.

3) l. c. v. 3.

4) ibid. v. 6.

5) ibidem v. 5. 4.

6) Esaiæ Cap. 53. v. 4. 5.

7) Intelligo hic per *Magnanimitatem* spiritum illum magnum; per *Fortitudinem* animum, heroica virtute pollentem, et denique per *Beneuolentiam* cor molle atque bene mo-

rarum



Promtudo in capiendis consiliis, virtus, mens excelsa, ab omni cura et angore, Deo similis, liber, stimulus impulsusque ad audendum magna atque praeclara; hi omnes iure putantur characteres esse *magnanimitatis* essentiales. At, hic tantummodo eius est character internus, et se inuoluit magni momenti cogitationibus, vt tempestas nube sulphurea. Data autem occasione gesta magni animi tam ampla sunt, quam imaginatio eius frugifera. Quo praeclarius, quo excelsior actionum intentio ac finis, quo magis ardua remedia, quibus hunc obtinet finem, eo magis *magnanimitas* inflammatur, et eo maiori gloria fulgent magni animi res gestae. Animus enim hic diuinus non contemplatur singulorum commoda. Minime: nam hoc pertinet ad homines inferioris conditionis. Attentio autem, cura, lucubratio indefessumque studium in salutem multarum numerosarumque societatum, quae gentem constituunt; praesentia animi, in rebus obuiis alacritas, ad omne, quod agendum, promtudo, si exercitui praeest: hoc omne, inquam, virum decet magnum, et sic deprehendimus ducem in rebus bellicis gerendis heroicum, et heroem rogatum, qui est legislator. At numquid satis est, quaeso, virum illum magnum in excelsis rebusque arduis esse occupatum? Nonne etiam totus rerum gerendarum ambitus ei est circumspiciendus? Et nonne omni acuminé ingenii, indiuiduas agendo obuiasque relationes

ratum: et, ut paucis dicam, intelligo cinne atque argute scripto: *Vom*
 hic id, quod, dum viveret famigera- *Verdienst*, den grossen Geist die starke
 illimus, et post mortem semper sem- *Seele*, et das gute Herz nominat,
 perque aestimandus *ABT* in libr, con-



nes est necesse, vt perspiciat atque penetret? Nec ars, nec eruditio hic ei viam demonstrant, et non opus est ei alio duce, nisi ingenio diuinisque dotibus. Videt heros, videt vir magnus cuncta; penetrat rerum incognita atque interna; et multiformia distincte discernit, obseruatorum multitudo, singulorumque contemplatio minime reddit erroneam eius scientiam; sibi semper praesens, "sentit horam ad agendum venientem; et tempus et "rerum circumstantias bene intelligit," 8.) Sic conspicit Imperator aciem ab hoste instructam, mox, statim, illico, confestim cohortium suarum vertit ordinem; et sic vidit, et vicit. — Vt alto monte praeruptisque saxis prolapsus fluuius extructas moles perrumpit atque perfodit; sic impedimenta, primo suo impetu inferiora, ab eo rediguntur ad incitas vsque. Vires suae cunctae alacres sunt indefessaeque. Organa sua et in externis rebus alias haud obseruabilibus, sensibilia ipsi claraque repraesentant obseruata, quin quam maxime distincta. Nunc sine mora imaginatio eius est efficax, similiaque obseruans, iudicante intellectu, perscrutatur rationes atque harum effecta: et sic Viro magno casu accidentia et fortuita sunt frugifera; et sic *Neuton* labente pomo, felicissime inuenit theoriam grauitatis. — — —

Quam labenter, *Optimi Ciues*, me porro accingerem, ad percontandam magnanimitatis excellentiam: at hucusque allata sentio quam sint exigua, et imbecillitate tractatio nostra languescit in enodandis his diuinis animi dotibus, in his, inquam, animi dotibus, quas ille solus habet perpectas, qui,

magno

8) *Abt* in libr. vona Verdienst, inscripto.



magno instructus animo, eius efficaciam sentit ipse. — —
Verum est, admiramur illum spiritum magnum, et omni
venerationis cultu quoque est dignissimus. Licet vero *ma-*
gnanimitas splendore nos alliciat, commoueat, et vehementer
commotos nos ad omne venerationis genus secum deducat,
absolute necessaria ei tamen est, in impedimentis audacter sum-
mouendis, *Fortitudo*.

Vir enim fortis, sui propositi tenax atque imparidus, non he-
roica virtute solum poller, magni momenti res peragendas atque
labores grauitate molestos excogitandi perscrutandique; sed et,
existentibus impedimentis, mortifero vel sibi proposita periculo
perficit atque exsequitur. Propriam internamque et quasi in-
natam *δύναμιν* sentiens, ignorat metum atque terrorem;
animum enim vilis conditionis et pusillum aspera deterrent. —

Nunquam degenerat in prauam animi contentionem.
Morositas enim haec virium propriarum ignara est, et, *inuita*
Μινερυα sibi proposita, vult facere, conando vero excitat risum
prudenciorum. Vera autem et firma *Fortitudo* sapere audens,
propriisque confisa viribus, tranquillo animo, quem fiducia de-
dit, scit, se certo ad propositum venturum esse finem, quia omnia,
ante actionem instruendam, prudenter perpendit, et potissimum,
quia Deus omnipotens cuncta gubernat, in tempestatibus ridet,
et per temporum iniuriam, per calamitates vndique obuias, ni-
hilo secius gloriose ad finem euehitur felicem.



In eo etiam indelebilis consistit *Fortitudinis* character: minime ab vno proposito ad alterum imbecilliter properat. Suo enim proposito fidelis, superat opposita, et nemini, nisi summae cedit necessitati. — Immota indefessaque patientia malum et tempus infirmat, et ambigua euentuum expectatione minime gentium languescit. Si vir fortis proposita sibi bene perspicit; si gerenda, non fucata, sed ratione recta, ut bona atque vtilia sibi repraesentauit; tunc dimicat contra opiniones praecoccupatas, et contra perniciosiores inimicos, contra nondum expletos animi motus, affectus, libidinesque; et sic, se vincendo, victoriam reportat triumpho dignissimam. — — Nonne haec est rei facies, *Optimi Ciues*? Nonne admiramini virum illum magnum, sibi aequales superantem, et longissime vltra sui saeculi genium euectum? Combinetis nunc cum hac *magnanimitate*, *animum illum fortem* sibi que semper praesentem, virum illum strenuum, intrepidum aequae ac immotum; et huius combinationis idea nos obstupesciat. Sumatis vero *Magnanimitatem* et *Fortitudinem* non esse cum *Benevolentia* coniunctas, tunc, tunc hoc viro magno ac forti nihil est ferocius et infestius. Tempestates enim procellosae non tam vndique deuastant agros ruraque, quam, agendo, animus magnus fortitudine quidem, at non benevolentia ornatus. Ut in valle incolis a saxis praeruptis, sic a tanto viro vnique imminet periculum.

Omnia haec, *Optimi Ciues*, probant *necessarium et felix illud Magnanimitatis Fortitudinisque cum Benevolentia vinculum.*

Prius



Prius autem quam Vobis nexum hunc demonstrarem, meum est, cardinales boni cordis notiones describere, et eius eximios delineare characteres. Sinceritas, participatio doloris et gaudii aliorum, amabilis illa aliis inseruendi ardor, studium ac cura pro salute aliorum, et nobilis opibus nostris aliorum calamitates subleuandi propensio, placabilis in inimicos animus, et inclinationes molliores ad amorem atque amicitiam: hae sunt *benevolentiae* seu boni mollisque cordis praecipuae notiones. Sin autem studium et follertia in commodum alterius, ad salutem totius gentis spectat; si cor bonum atque molle calamitate rei publicae commotum, ea cogitat, meditatur, parat, quae esse in eo ciue ac viro debent, qui sit rem publicam afflictam et oppressam, miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus; si beneolus vir non solum contumeliarum atque offensionum leuium obliuiscitur, sed patientia inimicitiam infringit, et inexpiabile odium amore remuneratur: tunc benevolentiae virtutes ad summa attolluntur fastigia.

Cogitetis nunc velim, *omnium ordinum honoratissimi* Cives combinationem *Benevolentiae* cum *Magnanimitate* ac *Fortitudine*. Magnus enim Vir, quem animi dotes a vinculis quibuscunque liberum sistunt, qui omnia sui saeculi superat, omni-

BA

B

bus



bus redditur salutaris, et periculum creat nemini. Si sceptrum tenens, gentibus imperat, regnantem inter et populum intercedunt humanitas atque benevolentia; per Deum immortalem, cui reges et terrarum potentissimi nihili sunt, eum obsecrant, et ignea tela, ad bella cruenta comparata non exploduntur, perniciosissimi gentium motus acquiescunt, et imperans benevolentia placatus, fit patriae pater, pacificus vicinus, fidelisque socius, atque totius humani generis beneficus. Quodsi autem vir magnus legislator est, tunc benevolentia principia, alias aspera, mirigat; se ipsum sentiens hominem, non inexpiabili severitate populum regit, sed amore, gravitateque, hac inquam, molli et tamen vi victrice bonum facit civem. Spiritum magnum fortitudine coniunctum supra demonstravi terribilem. Sit autem benevolentia cingendus, et summa severitate aequae ac tranquillitate regna gubernat. Aquilarum instar, quae alis tumentur foetus ab imbribus atque procellis, defendit sibi subditos. Salus patriae exposcit incolarum commoda; benevolentia indefessum eius fit studium pro salute totius generis humani; et vir ille magnus perumpit difficultates, et vincit periculum omne, aequae ac mortem, et sic gloriose venit ad finem sibi propositum: unusquisque eum amat pio timore, et sic sustentat orbem terrarum. — — —

Ad



Ad hanc *Magnanimitatem*, ad hanc *Fortitudinem*, ad hanc *Benevolentiam*, vos, *Cives Optimi*, adhortor: at non ego solus, sed et ratio sibi relicta, et quod multo magis est, eae leges, quae Vobis, hominibus christianis, omnino esse debent sanctissimae, et quas religionis nostrae Fundator diuinus IESVS CHRISTVS vitae suae exemplo, et morte confirmavit. Huius Redemptoris atque Restauratoris nostri omni imitatione dignissimum exemplar, quid, quaeso, a nobis exposcit? Nonne animum illum magnum, qui non excelsa solum cogitat, sed et, pari magnanimitate, peragit? Nonne fortitudinem, sibi propositam perfectionis ideam vere absoluentem? Nonne prohibet, omnia torquere ad nostrae causae commodum? Nonne praescribit liberalitatem et promptitudinem, quidquid in potestate nostra est, ad commodum rerum vniuersitatis adhibendi, omnique cura, omni solertia saluti aliorum inferuendi. — —

P. P.


SVB SIGILLO RECTORALI
FERIA PASCHATIS PRIMA,


1774.

1774

Ab hac Magnanimitate, ad hanc Libertatem, ad hanc
Reverentiam, vos, Cuiusmodi, ad hunc, et non
solum, sed et in se ipsis, et quod magis est, et
leges, quae Vobis, hominibus Christianis, omnibus et
bonae fidei, et quae religionis nostrae Fundator divinus
Iesus Christus, vult hunc exemplum, et merito constituit.
Huius Reverentiae, et Religio, non solum, sed et
dignitatem exemplari, quae, a nobis exoptat, hanc
animum illum manum, qui non ex se, sed
sunt, et reverentiam, et hanc, et hanc, et hanc,
hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc,
omnis, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc,
hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc,
notae, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc,
que, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc, et hanc.

F. P.
S. B. S. G. I. E. O. R. E. C. T. O. R. A. L. L. I.
T. E. R. T. I. A. P. A. S. C. H. A. T. I. S. T. R. I. M. A.
1774







magno instructus animo, eius efficaciam sentit ipse. — —
 Verum est, admiramur illum spiritum magnum, et omni
 venerationis cultu quoque est dignissimus. Licet vero *ma-*
gnanimitas splendore nos alliciat, commoueat, et vehementer
 commotos nos ad omne venerationis genus secum deducat,
 absolute necessaria ei tamen est, in impedimentis audacter sum-
 mouendis, *Fortitudo*.

Vir enim fortis, sui propositi tenax atque imparidus, non he-
 roica virtute solum pollet, magni momenti res peragens atque
 labores grauitate molestos excogitandi perscrutandique; sed et,
 existentibus impedimentis, mortifero vel sibi proposita periculo
 perficit atque exsequitur. Propriam internamque et quasi in-
 natam *divinam* sentiens, ignorat metum atque terrorem: —
 animum enim vilis conditionis et pusillum aspera deterrent. —

Nunquam degenerat in prauam animi contentionem.
 Morositas enim haec virium propriarum ignara est, et, *inuita*
Minerua sibi proposita, vult facere, conando vero excitat risum
 prudentiorum. Vera autem et firma *Fortitudo* sapere audens,
 propriisque confisa viribus, tranquillo animo, quem fiducia de-
 dit, scit, se certo ad propositum venturum esse finem, quia omnia,
 ante actionem instruendam, prudenter perpendit, et potissimum,
 quia Deus omnipotens cuncta gubernat, in tempestatibus ridet,
 et per temporum iniuriam, per calamitates vndique obuias, ni-
 hilo secius gloriose ad finem euehitur felicem.

